

5 **186** Et hoc primo apparet rudi exemplo, scilicet quod plumbum in horologio descendit continue et naturaliter per suam gravitatem intrinsecam, et tamen plus resistit chorda ad quam pendet quam medium per quod descendit. Sed etiam patet sine artificio: si enim lapis descendat in aere, oportet aerem inferiorem dividi. . . [BURIDANUS, *Qq. Phys.* 4, 9]

---

1 Buridan often takes his examples from daily life

---

3 resistit] resistat *C* 4 oportet] sicut oportet *C*

**187** Quinta conclusio est quod saepe operatores mechanici utuntur sua operatione per modum temporis, quia ex consuetudine quantitas suae operationis est multum nota eis. Ideo saepe ex ea mensurant alios motus, immo motum solis. [BURIDANUS, *Qq. Phys.* 4, 12]

---

1 operatores *om. BJSUW* 2 modum] motum *AIPR* 3 saepe] semper *Z* 4 solis] solem *E*

5 **188** Et hoc persuadetur quasi experimento. Gallina enim habens multos pullos percipit bene eorum multitudinem, sed non numerat eos. Ideo si de decem auferantur tres vel quattuor, ipsa videns alios non curabit de ablatiis nec quaeret eos, nisi audiat eos vel videat. Et eodem modo esset de sue quae haberet decem porcellos, et de cane habente quinque vel sex catulos. Et ita etiam gallina ponens ova in uno nido, si auferantur omnia, non amplius in isto nido ponet si inveniatur ubi alibi ponat; et si multa auferantur et remaneant aliqua, non dimittet ponere in nido, quia non percipiet quod aliquid sit ablatum, eo quod non numeravit. [BURIDANUS, *Qq. Phys.* 4, 16]

---

1 In this context the Latin term ‘experimentum’ means ‘experience’ rather than ‘experiment’

---

2–3 de decem] decem habeat *G* 4 eos vel videat] vel videat eos *G* 4–9 quae haberet. . . non numeravit] et similiter de anneta si amoveantur ova de nido non amplius poneret in nido nisi remaneant aliqua ova *G*